CHRY. Conſidera dominatoris clemētiā: qualiter et
pro vna aīa oſtendit ſeipſū vulnera habētem ⁊ accedit vt
ſaluet vnū: ⁊ nimirū diſcipuli annunciantes digni erant fi
de ⁊ ipſe promittēs. Sed tñ qꝛ ſolus thomas queſiuit: ne
qꝫ hoc eū priuauit chriſtus: nō aūt ſtatim ei apparet: ſed
poſt dies octo: vt in medio a diſcipulis admonit⁹ accen
datur in maius deſideriū ⁊ fidelior fieret in futurū. vnde
dicit: Et poſt dies octo iterū erant diſcipuli eius intus et
thomas cū eis. Uenit ieſus ianuis clauſis: ⁊ ſtetit in me
dio: ⁊ dixit: Pax vobis. AV. in ſer. paſ. Queris a me: et
dicis: ſi per oſtia clauſa itrauit: vbi ē corporis modus: et
ego reſpōdeo: ſi ſuper mare ambulauit: vbi ē corporis pō
dus: ſed fecit illud dñs tanq̃ dñs: nūquid igitur quia re
ſurrexit deſtitit eē dominus. CHRY. Stat itaqꝫ ieſus
⁊ nō expectat a thoma interrogari: ſed vt oſtendat quoni
am cū loquebāt ad condiſcipulos aderat: eiſdem verbis
vſus eſt. Et primo quidem increpat vel īproperat. vnde ſe
quitur: Deinde dicit thome: infer digitum tuū huc: ⁊ vide
manus meas: ⁊ affer manū tuā: ⁊ mitte in latus meū. ſecū
do autē erudit dicēs: Et noli eſſe incredulus ſed fidelis. vi
de qm̄ infidelitatis erat ābiguitas: antequā ſpiritūſanctuꝫ
acciperet: poſtea aūt nō: ſed firmi erant de reliquo. Dignū
aūt eſt querere qualiter corpus incorruptibile typos ha
bebat clauorū: ſed ne tumultueris: cōdeſcenſionis .n. erat
vt diſcerent: quoniā ipſe erat qui crucifixus fuerat. AV.
de ſymbolo: Poſſet autē ſi vellet de corpore ſuſcitato et
clarificato omnē maculā cuiuſlibet cicatricis abſtergere. ſꝫ
ſciebat quare cicatrices in ſuo corpore reſeruaret. Sicut
enim demonſtrauit thome non credenti niſi tangeret ⁊ vi
deret: ita et inimicis ſuis vulnera demonſtraturus eſt ſua
nō vt eis dicat ſicut thome: Quia vidiſti credidiſti: ſed vt
conuincēs eos veritas dicat: Ecce hominem quē crucifi
xiſtis: videtis vulnera que infixiſtis: agnoſcitis latus qd̄
pungiſtis: qm̄ per vos ⁊ propter vos apertū ē: nec tamen
intrare voluiſtis. AV. xxij. de ci. dei: Neſcio autem quo
modo etiaꝫ ſic afficimur amore martyrū beatorū: vt veli
mus in illo regno in eorū corporib⁹ videre vulnerum cica
trices que pro chriſti noīe pertulerunt: ⁊ fortaſſe videbi
mus. nō .n. deformitas in eis: ſed dignitas erit: ⁊ quedaꝫ
q̃uis in corpore non corporis ſed virtutis pulchritudo
fulgebit. nec ideo tñ ſi aliqua martyribus āputata ⁊ abla
ta ſunt mēbra: ſine ipſis mēbris in reſurrectiōe erūt mor
tuorū: quibus dictū ē: Capillus capitis veſtri nō peribit.
Sed ſi hoc decebit in illo nouo ſeculo: vt inditia glorioſo
rū vulnerum in illa īmortali carne cernant vbi mēbra vt
precidерent percuſſa vel ſecta ſunt ibi cicatrices: ſed tamē
eiſdē mēbris redditis nō perditis apparebunt. Quāuis
igitur oīa que acciderāt corpori vitia tunc nō erūt: nō ſūt
tamē appellāda vitia: ſed virtutis indicia. GRE. in ho.
Palpādā autem carnē domin⁹ prebuit quā clauſis ianu
is introduxit: qua in re duo mira ⁊ iuxta humanā ratiōeꝫ
valde ſibi contraria oſtendit: dū poſt reſurrectionē corp⁹
ſuum ⁊ incorruptibile: ⁊ tamen palpabile demonſtrauit.
Nam ⁊ corrūpi neceſſe eſt quod palpatur: ⁊ palpari non
poteſt quod non corrumpitur: ⁊ incorruptibilem ſe ergo
⁊ palpabilem demonſtrauit: vt profecto poſt reſurrectio
nem eſſe oſtenderetur corpus ſuum ⁊ eiuſdeꝫ nature ⁊ al
terius glorie. GRE. xiij. mora. Corpus etiam noſtrum
in illa reſurrectionis gloria erit quideꝫ ſubtile per effectū
ſpiritalis potētie: ſꝫ palpabile p veritatē nature: Nō autē
ſicut euticius ſcripſit ipalpabile: ⁊ vētis aereqꝫ ſubtilius.
AV. Uidebat aūt thomas tāgebatqꝫ hominē: ⁊ cōfite
bat deū quē nō videbat neqꝫ tāgebat: ſꝫ per hoc qd̄ vide
bat atqꝫ tāgebat: illud iā remota dubitatiōe credebat. vñ
ſequit: Rñdit thomas: ⁊ dixit ei: Dñs me⁹ ⁊ deus me⁹.
THE. Qui pri⁹ infidelis fuerat: poſt lateris tactū opti
mū ſe theologū oſtēdit. Nā duplicē naturā vnicāqꝫ hypo
ſtaſim chriſti edifferuit. dicēdo .n. Dñs me⁹ humanā natu
rā: dicēdo vero deus meus: diuinā confeſſus ē: ⁊ vnuꝫ ⁊
eundem deum ⁊ dñꝫ. Sequitur: Dicit ei ieſus: Quia vidi
diſti me credidiſti. AV. Non ait tetigiſti me ſed vidiſti me
qm̄ generalis quodāmodo ē ſenſus viſus. nā ⁊ per quattu
or alios ſenſus noiari ſolet velut cū dicim⁹: Audi ⁊ vide
q̃ bene ſonet: olfac ⁊ vide q̃ bene oleat: guſta ⁊ vide q̃ be
ne ſapiat: tange ⁊ vide q̃ bene caleat. vnde ⁊ hic dñs dicit
Infer digitū tuū huc ⁊ vide manus meas. Quid aliud ait
q̃ tange ⁊ vide: nec tñ ille oculos habebat i digito: ergo ſi
ue intuendo ſiue etiaꝫ tangendo hinc ait: Quia vidiſti me
credidiſti: quāuis dici poſſit nō auſū fuiſſe diſcipulū tan
gere cū ſe offerret ille tangēdū. GRE. Sed cū apoſtolus
dicat fides ē ſubſtātia ſperandarū rerum argumētum nō
apparentium: profecto liquet: quia que apparēt: iā fidem
non habent: ſed agnitionē. Dum ergo vidit thomas: cum
palpauit: cur ei dicitur: Quia vidiſti me credidiſti. ſed ali
ud vidit: aliud credidit: hominē vidit: ⁊ deū confeſſus eſt.
Letificat aūt valde quod ſequitur: Beati qui non viderūt
⁊ crediderunt. In qua ſententia nos ſpecialiter ſignificati
ſumus: qui eum quē carne non vidim⁹ mente retinem⁹: ſi
tñ fidē nr̃aꝫ opib⁹ ſeqmur. Ille .n. vere credit: qui exercet
opādo qd̄ credit. AV. Preteriti aūt tpis vſus ē verbis
tanq̃ ille q id qd̄ erat futurū in ſua nouerat predeſtinatio
ne iā factū. CHRY. Cū g aliqs nūc dixerit: Utinā in tē
porib⁹ illis fuiſſē: ⁊ vidiſſeꝫ xp̄m miracula faciētē excogi
tet: Beati q nō viderūt ⁊ crediderūt. THE. Exprimit āt
⁊ hic diſcipulos q nec plagas clauorꝫ nec lat⁹ palpantes
crediderūt. CHRY. Quia vero ioānes pauciora alijs
euangeliſtis dixerat ſubiūgit. Multa qdē ⁊ alia ſigna fec
ieſus i cōſpectu diſcipulorꝫ ſuorꝫ que nō ſūt ſcripta i libro
hoc: ſed nec alij oīa dixerūt: ſed que erāt ſufficientia ad tra
here ad fidē audiētes. Mihi aūt videtur hic dicere ea q
poſt reſurrectionē ſunt ſigna: ⁊ ideo dicit in conſpectu di
ſcipulorū ſuorum cū qb⁹ ſolis poſt reſurrectionē cōuerſa
tus ē. deinde vt diſcas qm̄ nō ſolū diſcipulorū grā ſigna
fiebāt: induxit: Hec aūt ſcripta ſunt vt credatis qꝛ ieſus ē
chriſtus fili⁹ dei: cōiter ad humanam naturā loquēs. ⁊ vt
oſtendat qm̄ nō illi q credit: ſed nobiſipſis vtile ē credere
ſubdit: Et vt credētes vitam habeatis in nomine eius. i.
per ieſum: ipſe autē ē vita.

CA. XXI.

Poſtea manifeſtauit ſe iteruꝫ ieſus ad
mare tyberiadis. Manifeſtauit autē
ſic: Erant ſimul ſimon petrus ⁊ tho
mas q dicitur didymus ⁊ nathanael
qui erat a chana galilee: ⁊ filij zebedei
⁊ alij ex diſcipulis eius duo. Dicit ei ſimon petrus
Uado piſcari. Dicūt ei: Uenimus ⁊ nos tecū. Et
exierunt ⁊ aſcenderunt in nauiꝫ: ⁊ illa nocte nihil
prendiderūt. Mane aūt facto ſtetit ieſus i littore:
non tamē cognouerūt diſcipuli: quia ieſus ē. Dicit
ergo eis ieſus: Pueri: nūquid pulmentariū habe
tis? Reſpōderūt ei: Nō. Dicit eis: Mittite i dextrā
nauigij rhete: ⁊ inuenietis. Miſerūt ergo ⁊ iaꝫ nō
valebant illud trahere pre multitudine piſciū: Di
cit ergo diſcipulus ille quē diligebat ieſus petro:
Dominus ē. Simon petrus cū audiſſet qꝛ dñs eſt
tunica ſuccinxit ſe. Erat enim nudus ⁊ miſit ſe i ma
re. Alij aūt diſcipuli nauigio venerunt. Nō .n. lon
ge erant a terra: ſed quaſi cubitis ducentis trahen
tes rhete piſciū. Ut ergo deſcēderūt in terrā: vide
runt prunas poſitas ⁊ piſcē ſuperpoſitū ⁊ panem
Dicit eis ieſus: Afferte de piſcib⁹ quos prēdidiſtis
nūc. Aſcēdit ſimō petr⁹ ⁊ traxit rhete i terrā plenū
magnis piſcib⁹ cētūquīquāgītatrib⁹. Et cū tanti eēnt:

non eſt ſciſſuȝ rhete.
AV. Qđ imediate euangeliſta premiſerat: veluti huiuſ
libri indicat finē: ſed narrat hic deīnde queadmodum ſe
manifeſtauerit dñs ad mare tyberiadis. vnde dr̄: Poſtea
manifeſtauit ſe ieſu iteruȝ ad mare tyberiadis. CHRY.
Dicit aūt poſtea: qꝛ nō continue cū eis ābulabat vt antea
Dicit ei etiā: Manifeſtauit ſe: qꝛ nō videret niſi cōdeſcen-
deret: qꝛ incorꝛuptibile erat corp᷑. Loci aūt meminit oſtē
dēs qm̄ plurimū timoris eis dñs abſtulerat: vt de reliquo
ipſi lōge a domo ꝓcedāt nō vltra in domo ꝯcluſi: ſȝ in
galileā ierāt piculū declinātes iudaicū. BED. More āt
ſolito euāgeliſta prius retulit cāȝ: deinde queadmodum
res geſta ſit enarrat. vnde ſequitur: Manifeſtauit aūt ſic.
CHRY. Quia vero neqȝ dñs cū eis cōtinue erat: neqȝ
ſpūs dat᷑ erat: neqȝ aliquid tūc erat eis cōmiſſū: neqȝ ali
quid habebāt agere: artē piſcatoriā tractabāt. vnde ſequi
tur: Manifeſtauit aūt ſic: Erāt ſimul ſimō petr᷑ ⁊ thomas
q̄ dr̄ didymus: ⁊ nathanael q̄ erat a chana galilee: q̄. ſ. vo
cat᷑ ē a philippo: ⁊ filij zebedei. ſ. iacob᷑ ⁊ ioānes ⁊ alij ex
diſcipulis ei᷑ duo. Dicit eis ſimon petrus: Vado piſcari.
GRE. in ho. Queri pōt cur petr᷑ q̄ piſcator ante cōuer
ſionē fuit: poſt cōuerſionē ad piſcationem redijt: cū veri-
tas dicat: Nemo mittēs manū ad aratrū: ⁊ reſpiciēs retro
apt᷑ ē regno dei. AV. Qđ ſi feciſſent diſcipuli: defūcto
ieſu priuſq̄ reſurrexiſſet a mortuis: putarem᷑ eos illa que
alos eoꝝ occupauerat deſperatione feciſſe. Nunc vero
poſt eū ſibi de ſepulchro redditū viuū poſt inſpecta vul-
nerū loca: poſt acceptū ei᷑ inſufflatiōe ſpiritūſanctū ſubi-
to fiūt ſicut fuerant nō hominū ſȝ piſciū piſcatores. Rñdē
dū ē ergo nō eos fuiſſe prohibitos ex arte ſua licita victū
neceſſariū q̄rere: ſui apoſtolat᷑ integritate ſuata: ſi qñ vñ
viuerēt aliud nō haberēt. Sic eni beatus paulus ea ptāte
quā profecto cū ceteris euāgelij ꝑdicatorib᷑ habebat: nō
cū ceteris vteret ſȝ ſtipēdio ſuo militaret: ne gētes a noie
chriſti poſitas alienas: doctrina ei᷑ q̄ſi venalis offende-
ret: aliter educat᷑ artē quā nō nouerat didicit vt dū ſuis
manib᷑ trāſigit doctor: nullus grauaretur auditor: quāto
magis btūs petr᷑ q̄ iā piſcator fuerat qđ nouerat fecit: ſi
ad pñs illud tēp᷑: aliud vñ viueret nō inuenit. Sȝ rñdebit
q̄ſpiā: Et cur nō inuenit cū dñs ꝓmiſerit dicēs: Querite
ꝓmū regnū dei ⁊ iuſtitiā ei᷑: ⁊ hec oia apponētur vobis:
Prorſus ēt dñs qđ ꝓmiſit īpleuit. nā q̄s ali᷑ piſces q̄ ca-
perētur appoſuit: q̄ nō ob aliud credēdus ē eis īgeſſiſſe
penuriā q̄ cogerētur ire piſcatū niſi diſpoſitū volens ex-
hibere miraculū: GRE. in ho. Negocium ergo qđ ante
conuerſionē ſine pc̄o extitit: hoc ēt poſt cōuerſionē repe
tē culpa ñ fuit. vñ p᷑ ꝯuerſionē ſuā ad piſcationē petr᷑ re
dijt. Mattheus vero ad thelonij negociū nō reſedit: Sūt
enim pleraqȝ negocia que ſine peccatis exhiberi aut vix
aut nullatenus poſſunt. Que ergo ad peccatū implicant:
ad hec neceſſe ē vt poſt cōuerſionē animus non recurrat.
CHRY. Alij aūt diſcipuli ſequebātur petrū. vñ dicit:
Dicunt ei: venim᷑ ⁊ nos tecū. Colligati. n. de reliquo ſibi
inuicē erāt. Simul volebāt piſcationē videre. Sequit: Et
exie. ⁊ aſcē. i nauiȝ. In nocte aūt piſcabāt: qꝛ adhuc formi
doloſi erāt. GRE. Facta ē aūt diſcipul᷑ piſcatiōis magna
difficultas: vt veniēte magro: fieret admirationis magna
ſublimitas. vñ ſeq̄t: Et illa no. nihil prēdiderūt. CHR.
Laborātib᷑ aūt: ⁊ afflictis diſcipulis aſſiſtit ieſus. vñ ſeq
tur: Mane aūt fa. ſte. ie. in lit. nō tñ cog. diſci. qꝛ ieſus eſt.
Nō. n. ſeipſū mox eis oñdit: ſȝ voluit ⁊ allocutionē cū eis
inire. Et primo loquit eis humani᷑. nā ſequit: Dicit eis ie.
pu. nūquid pulmē. habetis: Hoc aūt dicit q̄ſi ab eis aliq̄d
emere vellet. vt aūt timuerūt: eis ſignū oñdit ꝑ qđ cogno
ſcerēt. Sequit. n. Dixit eis: Mitti. in dex. na. rhe. ⁊ inuenie-
tis. Multa aūt conſequēter facta ſūt: quorū primū ē: mul
tos piſces ēe cōprehēſos. vñ ſeqtur: Miſerūt ergo rhe. et
iā non vale. illud tra. pre mul. piſciū. Sȝ in xp̄i cognitiōe
petr᷑ ⁊ ioānes ſuos ꝓprios modos oñderūt. Joannes. n.
perſpicatior erat: ⁊ iō primo cognouit xp̄ȝ. vñ ſeqtur. Di
cit ergo diſci. il. quē. di. ie. pe. dñs ē. BED. Hoc inditio
ſicut ſepe: ita ⁊ hic ſuā demōſtrat pſona. Cognouit aūt pri
mus dñm ſiue miraculo iſti᷑ piſcatiōis: ſiue ſono preco-
gnite vocis: ſiue prime reminiſcens piſcationis. CHR.
Petrus aūt feruētior erat: ⁊ iō ꝓmptius venit ad chriſtū.
Sequitur. n. Simō petrus cū audiſſet: qꝛ dñs ē tunica ſuc
cinxit ſe. erat. n. nudus. BED. Dr̄ aūt petr᷑ nudus fuiſſe
ad cōparationem ceterorum veſtimentorum quib᷑ vti ſo
lebat: ſicut ſolemus dicere cum aliquē ſimplici veſtimēto
videmus indutū: quare nudus incedis. Siue poteſt intel
ligi q̄ more piſcatorum ſtudio piſcandi nudus inceſſerit.
THEO. Quod vero ſe precinxit petrus pudoris ē ſi-
gnum. precinxit autē ſe lineo amictu quē fenices ⁊ tyrij pi
ſcatores circūuoluūt ſibi cum nudi ſint ſiue etiam ceteris
indumentis apponunt. BED. Eodem autēȝ ardore quo
⁊ multa alia fecerat: venit ad ieſuȝ. vñ ſeqtur: Et mi. ſe in
mare: alij aūt diſ. na. venerunt. Non tamē intelligendū eſt
petrum ſuper fluctus veniſſe: ſed aut natando aut pedib᷑
proprijs: quia erant prope terram. Sequitur. n. Nō lon.
enim erant a terra: ſed quaſi cub. ducentis. GLO. Inter
poſitio eſt. Sequit enim. Trahentes rhete piſcium. vt ſit
ordo lr̄e: Alij diſcipuli nauigio venerūt trahētes rhete pi
ſciū. Nō longe. n. ⁊c̄. CHRY. Deinde aliud ſignū poni
tur cū ſubdit: Vt ḡ deſcē. in terrā: viderūt pru. po. ⁊ piſ. ſu
ꝑpo. ⁊ panē. Nō. n. adhuc ex materia ſuppoſita opat᷑: ſed
ad id qđ ē mirabili᷑ ducit ſigna oñdēs: qm̄ ⁊ ex ſubiecta
materia āte crucē miracula faciebat ꝓpter quādā diſpen
ſationē. AV. Nō aūt hic intelligēdū ⁊ panē fuiſſe prunis
ſuppoſitū: ſȝ q̄ſi diceret: Viderūt prunas poſitas ⁊ piſcē
ſuppoſitū prunis: ⁊ viderūt panē. CHRY. Vt aūt oñde
ret nō eē phātaſma qđ factū ē: iubet ex piſcib᷑ ab eis capti
afferri. Sequit. n. Dicit ei ie. Affer. ex piſci. quos prendi.
nūc. Deinde ⁊ aliud ſignū fuit q̄ ex multitudine piſciū rhe
te non ē ſciſſū. vñ ſequit: Aſcē. ſi. pe. ⁊ traxit rhe. ad terraȝ
ple. mag. piſ. centūquinq̄gintatrib᷑. Et cū tanti eēnt nō ē
ſciſſuȝ rhete. AV. Myſtice aūt in captura piſciū cōmen
dauit eccleſie ſacramētū: q̄lis futura ē in vltima reſurrecti
one mortuorū. Et ad hoc cōmēdādū valet q̄ tanq̄ finis ē
interpoſitus libri: q̄ eēt ēt ſecuture narratiōis q̄ſi ꝓhemiū
Qđ aūt ſeptē diſcipuli fuerūt in illa piſcatiōe: ſuo ſeptena
rio numero finē ſignificat tēporis. vniuerſum quippe ſe-
ptē dieb᷑ voluit tēpus. THE. Cū aūt nox erat: ante ſo
lis xp̄i pñtiā ꝓphete nihil ceperūt: qꝛ etſi vnā nationē iſra
el corrigere conarētur: illa tñ frequēter in idolatriā labe
batur. GRE. in ho. Queri aūt pōt cur diſcipulis in ma
re laborātib᷑: poſt reſurrectionē ſuā corā diſcipulis i flu
ctib᷑ maris ambulauit: Sȝ mare pñs ſeculū ſignificat: qđ
ſe cauſarū tumultibus ⁊ vndis vite corꝛuptibilis illidit.
per ſoliditatē aūt littoris ꝑpetuitas quietis eterne figurat
Quia igitur diſcipuli adhuc fluctib᷑ mortalis vite inerāt
in mari laborabāt. qꝛ aūt redēptor noſter iā corꝛuptionē
carnis excefferat: poſt reſurrectionē ſuā i littore ſtabat.
AV. Littus ēt finis ē maris: ⁊ iō finē ſignificat ſeculi. Si
cut. n. in hoc loco qualiter in fine ſeculi futura ſit: ita dñs
alia piſcatiōe ſignificauit eccleſiam q̄liter nūc ſit. vñ ibi ie
ſus nō ſtabat i littore: ſȝ aſcēdēs i vnā nauiȝ q̄ erat ſimo
nis: rogauit eū a terra reducere puſillū. In alia piſcatiōe
nō mittūtur rhetia i dexterā ne ſolos ſignificēt bonoſ: nec
i ſiniſtrā ne ſolos malos: ſȝ idrnter. Laxate inq̄t rhetia ve
ſtra i capturā: ⁊ ꝑmixtos itelligam᷑ bonos ⁊ malos. Hic
āt mittite iquit i dextaȝ nauigij rhete: vt ſignificaret eoſ q̄
ſtabāt ad dexterā ſolos bonos. Illud fec i initio ꝑdicatio
nis ſue: hoc p᷑ reſurrectionē ſuā: hic oñdeſ illā capturā pi
ſciū bonos ⁊ malos ſignificare quos nunc hȝ eccl'ia. iſta
vo tm̄mō bonos quos hēbit i etnū: ꝯpleta i fine hui᷑ ſecl'i
r̄ſurrectiōe mortuoꝝ. Illi āt q̄ ꝑtinēt ad reſurrectiōeȝ vite
i. ad dextaȝ: ⁊ iter xp̄iāi nois rhetia d̄figūt: ñ niſi i litto: ſ.
i fine ſecl'i cū reſurrexerit appēhēdūt: iō nō valuerūt ſic trā

here rhetia vt in nauem refūderent quos ceperant piſces
ſicut de alijs factū ē. Habet autē iſtos dexteros eccleſia
poſt finē vite huiꝰ i ſōno pacis: velut in profundo latētes
donec ad litꝰ rhete perueniat: qḋ in prima piſcatione dua-
bus nauiculis hoc iſto loco ducētis cubitis ſīn: centū ⁊ cē
tū exiſtimo figuratū: ꝓpter vtriuſqꝫ generis electos ⁊ cir
cūciſiōis ⁊ ꝑputij. BED. Uel per ducētos cubitos ge-
mina charitatis virtus exprimitur. per dilectionē enim
dei ⁊ proximi xp̄o appropinquamꝰ. Piſcis aūt aſſus ē
xp̄s paſſus. Ipſe latere dignatꝰ ē in aquis generis huma-
ni. Capi voluit laqueo nr̄e mortis: ⁊ qui nobis factꝰ eſt pi-
ſcis humanitate: extitit nobis panis nos reficiēs ſua diui
nitate. GRE. Petro aūt ſcā eccl̄ia ē cōmiſſa. ipſi ſpecia-
liter dicit: Paſce oues meas. qḋ ḡ poſtmodū aperit in vo
ce nūc ſignificat i ope. Ipſe.n. piſces ad ſoliditatē litto-
ris pertrahit: qꝛ ſtabilitatē eterne patrie fidelibꝰ oſtendit:
hoc egit verbis: hoc epiſtolis: hoc agit quotidie miracu
lorū ſignis: ſed cū rhete magnis piſcibꝰ plenū dr̄: additur
⁊ quātis. ⁊ hoc ē qḋ ſubdit: Plenū magnis piſcibꝰ: cētum
q̄nquagītatribꝰ. AV. In alia piſcatione numerus piſciū
nō exprimit tanq̄ illud ibi fiat qḋ p̄dictū ē p ꝓphetā. An
nūciaui ⁊ locutꝰ ſū: multiplicati ſūt ſup numerū. Hic vero
certꝰ ē numerꝰ cuiꝰ reddēda ē rō. Numerus.n. q̄ legē ſigni
ficat decē ē ꝓpter decalogū. Cū aūt accedit ad legeʒ grā. i.
ad litterā ſpūs: quodāmodo denario numero addit ſepte
nariꝰ: ſeptenario quippe numero ſignificatur ſpūſſcūs ad
quē ſignificatio ꝓprie pertinet. Primū.n. in lege ſonuit ſā
ctificatio in die ſeptimo. Iſaias ēt ꝓpheta cū ꝯmēdat ope
vel munere ſeptenario. Cū itaqꝫ legis denario ſpūſſcūs p
ſeptenariū numerū accedit: fiūt. x. ⁊ vij. qui numerus ab
vno vſqꝫ ad ſeipſū cōputatis oibꝰ creſcens ad centū q̄nq̄
gintatres peruenit. GRE. Ducamꝰ ēt p trigonū. x. ⁊. vij.
veniunt quinquagintaunū. In quinq̄geſimo aūt āno cun-
ctus pp̄ls ab oi opatione quieſcebat: ſʒ vera requies in
vnitate ē. vbi.n. ſciſſura diuiſiōis ē: vera reqes nō ē. AV.
Nō ergo tātūmodo centū quinquagintatres ſancti ad vi-
tā reſurrecturi ſignificātur eternā: ſʒ oēs ad gratiā ſpūs p-
tinētes hoc numero figurātur: q̄ ēt numerꝰ ter hʒ quinqua
genariū numerū: ⁊ inſuper ipſa tria ꝓpter myſteriū trini-
tatis. Quinquagenariꝰ aūt multiplicatis ſeptē p ſeptem ⁊
vniꝰ adiectiōe cōplet. vnꝰ aūt addit: vt eos ſignificet eſſe
vnū. Nō aūt fruſtra dictū ē ꝙ erāt magni. Cū.n. dixiſſet
dn̄s: Nō veni ſoluere legē: ſed implere: daturus ſpūʒ vti-
qꝫ per quem lex poſſet ipleri: paucis verbis interpoſitis
ait: Qui fecerit ⁊ docuerit: magnꝰ vocabit i regno celorū
In prima aūt piſcatiōe rhete ꝓpter ſignificanda ſciſmata
rūpebatur: h vo qm̄ i illa ſūma pace ſcōꝝ nulla erūt ſciſ
mata pertinuit ad euangeliſtā cōſequēter dicere: Et cū tan
ti eēnt. i. tā magni nō ē ſciſſum rhete: tanq̄ illud reſpiceret
vbi ſciſſū ē: ⁊ i illiꝰ mali ꝯparatiōe cōmēdaret hoc bonū.

Dicit eis ieſus: Uenite prādete. Et nemo au
dēbat diſcūbētiū interrogare eū: tu qs es: ſciētes
qꝛ dn̄s ē. Et venit ieſus ⁊ accepit panē ⁊ dabat eis
⁊ piſcē ſimiliter. Hoc iā tertio manifeſtatus ē ieſus
diſcipulis ſuis cū reſurrexiſſet a mortuis.

AV. Peracta piſcatiōe dn̄s eos ad prandiū vocat. vnde
dr̄: Di. eis ie. veni. prandete. CHRY. Hic q̄dē nō dicit
ꝙ comedit cū eis: ſʒ lucas hoc dicit. Hoc aūt fiebat: nō vt
natura indigēte cibis de reliquo ſed cōdeſcēſione ad de-
mōſtrationē reſurrectiōis ſcā. AV. xiij. de ci. dei: Corpo
ra aūt iuſtoꝝ q̄ in reſurrectione futura ſunt: neqꝫ ligno vi
te indigebūt: quo fiat vt nullo morbo vel ſenectute inuete
rata moriātur: neqꝫ vllis alijs corporalibꝰ nutrimentis:
quibꝰ eſuriēdi atqꝫ ſitiēdi q̄liſcūqꝫ moleſtia deuitet: quoni
am certo ⁊ inuiolabili munere imortalitatis induentur. vt
nō niſi velint poſſibilitate nō neceſſitate veſcant. nō.n. po
teſtas ſed egeſtas edēdi ⁊ bibēdi talibꝰ corporibꝰ auferet
ſicut ⁊ ſaluator nr̄ poſt reſurrectionē iā q̄dē i ſpū ali carne

ſed tn̄ vera: cibū ac potū cū diſcipulis ſumpſit: nō alimen
toꝝ indigentia: ſed ea q̄ ⁊ hoc poterat ptāte. Sequitur: Et
ne. au. diſcū. inter. eū: tu qs es: ſci. qꝛ dn̄s ē. Ac ſi diceret.
AV. ſup ioā. Nemo audebat dubitare ꝙ ipſe eēt. Tan-
ta eniʒ erat euidentia veritatis: vt eorū non ſoluʒ negare
ſed nec dubitare q̄dē vllus auderet: qm̄ ſi quiſq̄ dubitarʒ
vtiqꝫ iterrogaret. CHRY. Uel hoc dicit: qꝛ de reliquo
nō ſimilit cōfidebāt ei loqui vt priꝰ: ſʒ cū ſilētio ⁊ reuerē
tia multa ſedebāt attēdētes i eū: ⁊ formā q̄dē alteratā vi
dētes ⁊ multa admiratiōe plenā valde ſtupefacti volebāt
iterrogare. Sed formido i hoc ꝙ ſciebāt ꝙ dn̄s ē detine-
bat iterrogationē: ⁊ ſolū comedebāt q̄ eis dabat cū prio
ri ptāte. h aūt nō reſpicit in celū: neqꝫ hūana illa facit: oſ
dēs qm̄ cōdeſcenſionis gratia fiebāt. vn̄ ſubdit: Et ve. ie.
⁊ acce. pa. ⁊ da. eis: ⁊ piſ. ſilr. AV. Myſtice aūt piſcis aſ
ſus xp̄s ē paſſus. Ipſe ē ⁊ panis qui de celo deſcēdit. huc
incorporatur eccleſia ad participandum beatitudinē ſem
piternam. propter hoc dictuʒ eſt: Afferte de piſcibꝰ quos
prendidiſtis nunc: vt omnes qui hanc ſpem gerimus per
illum ſeptenarium numerum diſcipulorum per queʒ pōt
in hoc loco noſtra vniuerſitas intelligi figurata tāto ſacra
mento nos cōmunicare noſſemus: ⁊ eideʒ beatitudini ſo
ciari. GRE. Per hoc etiam ꝙ ſeptem diſcipulis vltimū
conuiuium celebrat: eos tantumodo qui ſeptiformi gra
tia ſancti ſpiritus pleni ſunt: futuros ſecum in eterna refe
ctione denunciat. ſemptem quoqꝫ diebus omne hoc tem
pus euoluitur: ⁊ ſepe ſeptenario numero pfectio deſignat
Illi ergo vltimo conuiuio de preſentia veritatis epulant:
qui nunc perfectiōis ſtudio terrena trāſcendūt. CHRY.
Quia vero non continuo cum eis conuerſabatur: neqꝫ ſi
militer vt prius: ſubdit euangeliſta dicens: Hoc iaʒ tertio
manifeſtatus eſt ieſus diſcipulis ſuis cum reſurrexiſſet a
mortuis. AV. Quod non ad ipſas demonſtrationes ſʒ
ad dies referre debemꝰ. i. primo die cum reſurrexiſſet: et
poſt dies octo quando thomas vidit ⁊ credidit: ⁊ hoc die
quando hoc de piſcibus fecit: ⁊ deinde quotiens voluit
vſqꝫ ad diem quadrageſimum quo aſcendit in celū. AV.
de con. euā. Inuenimus autem apud quattuor euangeli
ſtas decies commemoratum dominuʒ viſum eſſe poſt re
ſurrectionem: ſemel ad monumentum a mulieribus: iterū
eiſdem regredientibus a monumento in itinere: tertio pe
tro: quarto duobus euntibus in caſtellum: quinto pluri
bus in hieruſalem: vbi non erat thomas: ſexto vbi vidit
eum thomas: ſeptimo ad mare tyberiadis: octauo omni
bus vndeciʒ in monte galilee ſm̄ mat.: nono vt dicit mar
cus nouiſſime recumbentibus. qꝛ iam non erant in terra
cum illo conuiuaturi.: decimo ipſo die aſcenſionis nō iā
in terra: ſed eleuatum in nube.

Cū ergo prādiſſent dixit ſimoni petro ieſus:
Simō ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiā
dn̄e: tu ſcis qꝛ amo te. Dicit ei: Paſce agnos me
os. Dicit ei iterū: Simō ioānis diligis me? Ait illi
Etiā dn̄e: tu ſcis qꝛ amo te. Dicit ei iterū: Paſce
agnos meos. Dicit ei tertio: Simō ioannis amas
me? Contriſtatus ē petrꝰ qꝛ dixit ei tertio: Amas
me. Et dixit ei: Domine tu oia noſti: tu ſcis qꝛ amo
te. Dicit ei: Paſce oues meas.

THE. Finito prandio: commiſſionem ouium mūdi pe
tro commendat. non aliꝗ. vnde dicitur: Cum ergo prādiſ
ſent dicit ſimoni petro ieſus: Simon ioannis diligis me
plus his? AV. Sciens dominus interrogat. Sciebat.n.
dominus ꝙ non ſolum eum diligeret: verū ēt ꝙ plus oi
bus eum diligeret petrus. ALCV. Dicitur aūt ſimon
ioannis. i. filius ionannis carnalis patris. Myſtice autē
ſimon obediens: ioannes gratia merito hoc nomine vo
catur ideſt obediens gratie dei: vt oſtendat ꝙ ardentiori
cū charitate āplectit nō meriti hūani: ſʒ diuini eē mūeri.

AVG. in ſermone paſ. Cū aūt dñs moreretur timuit et
negauit: reſurgēs aūt dñs amorē inſeruit: timorē fugauit
nā qñ negauit mori timuit: reſurgente dño quid timeret: in
quo mortē mortuā reperiret. vnde ſequit: Ait illi: ēt domi
ne tu ſcis qꝛ amo te. Confitēti aūt amorē ſuū: oues ſuas
cōmēdauit. vnde ſequit: Dicit ei: paſce agnos meos. tā
ꝙ nō eēt vbi oñderet petrus amorē ſuū in xp̄m niſi eēt pa
ſtor fidelis ſub ꝑncipe oīū paſtorū. CHRY. Qd̄ eni
maxime oīū tribuit nobis eā que deſuper ē beniuolētiā
ē proximorū procuratio. Preteriēs aūt dñs alios petro
de talib⁹ loquit. eximi⁹ eni apoſtolorū erat petrus: ⁊ os di
ſcipulorū ⁊ vertex collegij: vñ ⁊ negatione deleta: cōmit
tit ei prelationē fratrū. Et negationē quidē ei non expro
brat ſed dicit: Si diligis me: ꝑſiſte fratrib⁹: ⁊ feruētē amo
rem quē ꝑ oīa demōſtraſti nūc oñde: ⁊ aīaꝫ quā dixiſti te
eē poſiturū pro me: hāc da pro ouib⁹ meis. Sequitur: Di
cit ei ite. ſi. ioā. dili. me. Ait il. etiam do. tu ſcis qꝛ amo te.
AV. Merito dī petro: Diligis me. ⁊ rñdet: Amo te. eiq̄ꝫ
dicit: Paſce agnos meos. vbi ēt demōſtrat vnū atq̄ꝫ ideꝫ
eē amorē ⁊ dilectionē. nā ēt dñs nouiſſime non ait: Dili
gis me: ſed amas me. Sequit: Di. ei ter. ſi. ioā. amas me.
Tertio vtrū petr⁹ eū diligat dñs interrogat. Reddit eniꝫ
negationi trine trina ꝯfeſſio: ne min⁹ amori lingua ſeruiat
ꝙ timori: ⁊ plus vocis elicuiſſe videat mors iminens ꝙ
vita pñs. CHRY. Tertio ēt iterrogat ⁊ tertio iiungit ea
dē: oñdēs quātū appreciat ꝓlationē ꝓpriarū ouiū: ⁊ qm̄
hoc ē maxīe ei⁹ amoris ſignū. THEO. Ex tūc ēt inole
uit cōſuetudo vt ter cōfiteātur q̄ veniunt ad baptiſmum.
CHRY. Deide tertio iterrogat⁹ conturbat⁹ ē. vñ ſequit
Cotriſta. ē pe. qꝛ di. ei ter. amas me. Rurſus formidās pri
ora ne forte eſtimās ſe diligere ſi nō diligat: corripiatur ſi
cut ⁊ ꝑus correpť ē: multū ſe eſtimās fortē: vñ ad ipſum
xp̄m refugit. vnde ſequitur: Et dicit ei. dñe tu oīa ſcis. i. i
effabilia cordis pñtia ⁊ futura. AVG. de ver. do. Inde
ergo cōtriſtat⁹ ē ꝙ ſepe iterrogat⁹ eēt ab eo q̄ ſciuerat qd̄
iterrogabat: ⁊ donauerat qd̄ audiebat. Veracit ergo rñdit
⁊ de intimo cordis ꝓtulit amātis vocē dicēs: Tu ſcis qꝛ
amo te. AV. ſup ioā. Nō aūt addidit plus his. hoc eni
rñdit qd̄ de ſeipſo ſciebat: nō eni q̄tū ab alio quolibet dili
geret ſcire poterat: q̄ cor altius vidē nō poterat. Sequit:
Di. ei: pa. oues meas. q. d. Sit amoris oficiū paſcē dñicū
gregē ſicut fuit timoris indiciū negare paſtorē. THE.
Pōt aūt qs aſſignare dr̄iaꝫ inter agnos ⁊ oues. Agni ſūt
q̄ introducūtur: oues vō ꝑfecti. ALCVI. Paſcere autē
oues ē credētes i xp̄o ne a fide deficiāt cōfortare: terrena
ſubſidia ſi neceſſe ē ſubditis ꝓuidē: ⁊ exēpla virtutū cum
verbo ꝑdicatiōis ipēdere: aduerſarijs obſiſtere: errātes
ſubditos corrigē. AV. Qui hoc aūt aio paſcūt oues xp̄i
vt ſuas velint eē nō xp̄i: ſe cōuincūt amare non xp̄m: vel
gloriādi vel dñandi vel acq̄rēdi cupiditate: nō obueniēn
di ⁊ ſubueniēdi ⁊ deo placēdi charitate. Nō ḡ nos ſꝫ ipſū
amem⁹: ⁊ i paſcēdis ouib⁹ ei⁹ ea q̄ ſūt ei⁹ nō q̄ nr̄a ſūt que
ram⁹. q̄ſquis. n. ſeipſū nō deū amat: nō amat ſe. q̄. n. non
pōt viuere de ſe: morit vtiq̄ꝫ amādo ſe. nō ḡ ſe amat: q̄ ne
viuat ſe amat. Cū vō ille diligit de quo viuit: nō ſe diligē
do magis ſe diligit: q̄ ꝓptea nō ſe diligit vt euꝫ diligat de
quo viuit. AV. in ſer. paſ. Extiterūt aūt q̄dā ſꝫ ifideles:
diuiſerūt gregē xp̄i: ⁊ furtis ſuis peculia ſibi fecerūt: ⁊ au
dis eos dicere. Oues mee ſūt ille. q̄d q̄ris ad oues meas
nō te inueniā ad oues meas: ſic ⁊ nos dicam⁹ meas: ⁊ illi
dicāt ſuas perdidit chriſtus oues ſuas.

Amē amē dico tibi: Cū eēs iunior cingebas
te: ⁊ ambulabas vbi volebas. Cū aūt ſenueris: ex
tēdes man⁹ tuas: ⁊ ali⁹ te cinget: ⁊ ducet quo tu nō
vis. Hoc aūt dixit ſignificās qua morte clarifica
turus eſſet deum.

CHRY. Cū dixiſſet petro dñs de amore quē habebat
ad ipſū: prenūciat ei martyriū qd̄ pro ipſo debebat ſuſti
nere: erudire nos volēs quomodo eū amare oportet. vñ
dicit. Amen amē di. ti. Cū eſſes iu. cin. te ⁊ ābu. vbi vole.
Meminit prioris vite: qꝛ in ſecularib⁹ iuuenis quidē vti
lis ē: qui vero ſenuerit inutilis. In diuinis aūt nō ita ē: ſꝫ
cū ſuperuenerit ſenect⁹ tūc virt⁹ clarior: tūc virilitas idu
ſtrior: in nullo ab etate ꝓhibita: qꝛ ergo petr⁹ ſemper vole
bat in ꝑiculis eē cū xp̄o dicit ei: Cōfide: ita iplebo tuum
deſideriū. vt q̄ paſſus nō es iuuenis ex̄ns: oporteat te pa
ti ſenē. vñ ſequit: Cū aūt ſenueris. Per qd̄ oſtendit ꝙ neq̄ꝫ
tūc iuuenis erat neq̄ꝫ ſenex: ſed vir perfectus. ORI. ſup
matth. Et attende ꝙ non facile inuenitur quis ex eis qui
apti fuerint ad hoc opus vt cito tranſeat de hac vita. vñ
nūc petro dicit: Cū ſenu. extē. ma. tuas. AV. Hoc ē cru
cifigeris. Ad hoc aūt vt venias: Alius te cinget ⁊ ducet
quo non vis. Prius dixit quod fieret: ⁊ deinde quō fieret
nō enim crucifixus: ſed crucifigendus quo nollet eſt du
ctus. Solutus quippe a corpore eē volebat cū chriſto: ſꝫ
ſi fieri poſſet preter mortis moleſtiam vitā concupiſcebat
eternam: ad quā moleſtiā nolens venit: ſed volens eā vi
cit: ⁊ reliquit hunc infirmitatiſ affectū quo nemo vult mo
ri vſq̄ꝫ adeo naturalē vt eū beato petro nec ſenectus au
ferre potuerit: ſed moleſtia quātacūq̄ꝫ ſit mortis debet eā
vincere vis amoris quo amat ille: qui cum ſit vita noſtra
etiā mortem voluit ferre pro nobis. Nā ſi nulla eēt mor
tis vel parua moleſtia: nō eēt taꝫ magna martyrij gloria.
CHRY. Dicit ergo: Quo nō vis ꝓpter naturalē cōpaſ
ſionē anime: que in vita ſeparat a corpore: deo hoc vtilit
diſpenſante: vt nō multi ſibi mortē inferāt violentā. dein
de erigenſ auditorē euāgeliſta induxit: Hoc aūt dixit ſigni
ficās qua morte clarificaturus eēt deum. Non dixit: Mo
riturus eēt: vt diſcas quoniam pati pro chriſto: gloria eſt
patientis ⁊ honor. Niſi autem certificaretur animus quia
vere deus ē: minime eius intuitu mortē toleraret: quo fit
vt ſanctorū mors diuine ſit glorie certitudo. AV. Hunc
inuenit exitū ille negator ⁊ amator: vt pro eius nomine ꝑ
fecta dilectione moreret: cū quo ſe moriturum peruerſa fe
ſtinatiōe ꝓmiſerat. Hoc. n. oportebat: vt prius chriſtus ꝓ
petri ſalute: deīde petr⁹ pro xp̄i predicatione moreret.

Et cū hoc dixiſſet: dicit ei: Sequere me. Con
uerſus petr⁹ vidit illū diſcipulū quē diligebat ih̄s
ſequētē: q ⁊ recubuit i cena ſup pect⁹ ei⁹ ⁊ dixit: Do
mine qs ē q tradet te: Hūc ergo cū vidiſſet petrus
dicit ieſu: Dñe hic aūt qd: Dicit ei ih̄s: Sic eū vo
lo manere donec veniā. Quid ad te: Tu me ſeq̄re
Exijt ergo ſermo iſte inter fratres: qꝛ diſcipulus il
le nō moritur. Et nō dixit ei ieſus. nō moritur: ſed
ſic eū volo manere donec veniā: quid ad te.

AVG. Cū ꝓnūciaſſet dñs petro q̄ morte clarificaturus
eēt eū inuitat eū ad ſui ſequelā. vñ dī: Et cū hoc dixi. di.
ei: Sequere me. Cur dī petro: Seq̄re me: nec dī ceteris q̄
ſimul aderāt: q̄ eū ſicut magr̄m diſcipuli ſequebāt. Sed ſi
ad paſſionē intelligēdū ē: nūquid ſolus pro xp̄iana vitate
paſſus ē petr⁹: nōne ibi erat iacobus q̄ ab herode mani
feſtat occiſus. Verū aliq̄d dixerit: qm̄ nō ē iacob⁹ cruci fi
xus: merito dictū eē petre: Sequere me qui non ſolū mor
tem: ſꝫ ⁊ mortē crucis ſicut xp̄s expertus eſt. THEO.
Audiens autem petrus quia mortem pro chriſto paſſur⁹
eſt: querit de ioanne an moriatur. vnde ſequitur: Conuer
ſus petrus vidit illum diſcipulum quem diligebat ieſus
ſequentē: qui recubuit in cena ſupra pectus eius ⁊ dixit:
dñe quis ē q̄ tradet te: AV. Seipſū dicit diſcipulū queꝫ
diligebat ieſus: quia ipſum pre ceteris ⁊ familiarius dili
gebat: ita vt in conuiuio ſupra pectus ſuum diſcumbere
faceret. Credo vt iſtius euangelij quod per eum fuerat
predicaturus: diuinam excellentiam hoc modo altius
commendaret. ſunt qui ſenſerint: ⁊ hi non contentibiles
ſacri eloquij tractatores a chriſto ioannem propterea

plus amatū:q3 ab ineūte pueritia caſtiſſim⁹ vixerit. Seq
tur: Hūc ergo cū vidiſſet petr⁹ dixit ieſu: Dñe h autē qd:
THE. i. nūquid nō morieť ⁊ ipſe: vt qdā exponūt. Se
quitur: Dicit ei ie. Sic eū vo. ma. do. ve. qd ad te: AV.
⁊ repetitū ē: Tu me ſeq̄re tanq̄ ille ideo nō ſeq̄reť: qm̄ eū3
manere voluit donec veniat. Quis facile aliud eē credat
q̄ qd fratres crediderunt q tūc erāt. Sequitur. n. Exijt er
go ſer. iſte inter fra. q3 diſci. il. nō moriť. Sed hāc opinio
nē ioānes ipſe abſtulit ſubdēs: Et non dix. ie. non mo. ſ3
ſic eū vo. ma. do. ve. qd ad te: S3 cui placet adhuc r̄ſiſtat
⁊ dicat verū eē qd ait ioānes: nō dixiſſe dñ3 q̄ diſcipul⁹
ille nō moriť: ſ3 hoc tñ ſignificatū eē talib⁹ v̄bis: q̄lia eū di
xiſſe narrauit. THE. Uel dicer: Chriſt⁹ nō negauit ioā
nē moriturū. nā qcq̄d oriť moriť: ſ3 dixit: Uolo eū mane
re. i. viuere vſq3 ad mūdi finē: tūc pro me patieť martyriū
⁊ iō fatētur adhuc illū viuere: ab antixpo v̄o debere occi
di: vna cū helia predicaturū nomen xpi. Sed ⁊ ſi aſſigneť
ei ſepulchrū: viuēs q̄dē illud itrauit: poſtea diſceſſit. AV.
Uel forte aliquis in illo ſepulchro ei⁹ qd ē apud epheſū3
dormire potius eū: q̄ mortuū iacere cōtēdet: aſſumēs ar
gumētū: q̄ illic terra ſenſim ſcaturire ⁊ quaſi ebulire phi
betur: atq3 hoc ei⁹ anhelitu fieri, pertinaciter aſſeuerans:
Sed cur ei⁹ diſcipulo quē pre ceteris diligebat: pro ma
gno munere lōgū in corpore donauerit ſōnū: cū btm̄ petꝝ
p igētē martyrij gl'iā ab onere corpis abſoluerit eiq3 con
ceſſerit qd paulus ſe cōcupiſcere dixerit: Cupio diſſolui
⁊ eē cū xpo. Si aūt vere ibi qd ſemper ſparſit fama aut iō
fit: vt eo mō cōmēdeť p̄cioſa mors ei⁹: qm̄ nō eā ꝯmēdat
martyriū: aut ꝓpter aliq̄d aliud qd nos latet: manet tñ qd
cur dixerit dñs de hoie morituro: Sic eū vo. manere do
nec veniā. Illud ēt mouet ad q̄rēdū: cur ioānē plus dilexe
rit dñs: cū ipſū dñ3 pl⁹ dilexerit petr⁹: q̄tū ipſe ſapio: me
lior ē q pl⁹ diligit xp3: felicior ē v̄o quē plus diligit xps
facile r̄nderi3: ſi iuſtitiā liberatoris nr̄i quēadmodū defē
derē p̄uiderē. Aggrediar igiť de ſoluēda q̄ōne tā igēti du
as vitas ſibi diuinit⁹ p̄dicatas nouit eccleſia: q̄ꝝ vna ē in
fide: altera in ſpe. Iſta ſignificata ē p appl'3 petrū ꝑpť apo
ſtolat⁹ ſui p̄matū: illa p ioānē. iō huic dr: Seq̄re me. p imi
tationē. ſ. pferēdi tpalia mala de illo v̄o dicitur: Sic cum
vo. ma. donec veniā. q. d. Tu me ſeq̄re. p imitationē pferē
di tpalia mala. ille maneat donec ſempiterna venio reddi
tur bona: qd ap̄ti⁹ dici pōt: pfecta me ſeq̄tur actio iforma
ta mee paſſiōis exēplo. Incohoata v̄o cōtēplatio maneat
donec venio: pficiēda cū venero: quod nō ſic itelligēdū ē:
q̄ſi dixerit remanē, vel pmanē ſ3 expectare: qm̄ qd p eū ſi
gnificať: cū venēit xps iplebiť: i hac aūt actiua vita quāto
magis xp3 diligimus: tāto facili⁹ libamur a malo. at ipe
nos min⁹ diligit q̄les nos ſum⁹: ⁊ hic iō libat: ne ſemp ta
les ſim⁹. ibi v̄o apl'i⁹ nos diligit: qm̄ qd ei diſpliceat: ⁊ qd
a nobis auferat nō habebim⁹. ameť ḡ eum petr⁹: vt ab iſta
mortalitate liberemur. ameť ab eo ioānes: vt i illa imor
talitate fuemur. Cur ḡ ioānes min⁹ eū diligebat q̄ petrus
ſi eā vitā ſignificabat i q ē mlto apl'i⁹ diligēd⁹: niſi q3 ꝑpť
ea dictū ē: Uolo eū manere. i. expectare: Donec veniā: qm̄
⁊ ipſū amorē q tūc mlto apl'ior erit nōdū habem⁹: ſ3 ex
pectamus futurū: vt dū ipſe venerit habeam⁹. Hoc ergo p
petrū ſignificatū ē pl⁹ amātē: ſ3 min⁹ amatū: q3 minus nos
amat xps miſos q̄ btōs: v̄itatis aūt cōtēplationē q̄liſ tūc
futura ē min⁹ amam⁹: q3 nūc nōdū nouim⁹ nec habem⁹.
Nemo tñ iſtos iſignes aplos ſepeť: ⁊ iō eo qd ſignificabat
petr⁹ ābo erāt: ⁊ i eo qd ſignificabat ioannes ābo futuri
erāt. GLO. Uel aliter: Sic eū volo manere. i. nolo eum
p martyriū ꝯſūmare: ſ3 expectare eū in placidā abſolutio
nem carnis ſue: qm̄ ego veniēs recipiā eū i eterna beatitu
dine. THEO. Uel aliť: Totū i hoc q̄ dicit dñs petro:
Sequere me: cūctoꝝ fideliū p̄laturā ei inſtituit. Simul āt
⁊ ſeq̄ intelligas hic imitationē in cūctis ⁊ v̄bis ⁊ opibus.
oñdit ēt affectiōe3 ad ipſū: q3 q nob aſtrictiores ſūt: hos
ſeq̄ nos volum⁹. CHRY. Si v̄o dixerit q̄s: q̄liť igiť iaco
bus thronū aſſūpſit hieroſolymoꝝ: illud itaq3 dicā: qm̄
petr⁹ orbis terrarū inthroniſauit magiſtrū. Sequitur: Cō
uerſus petr⁹ vidit illū diſcipulū ⁊c̄. Nō ſine cā recolit il
lā accubationē: ſ3 vt oñdat quātā petr⁹ habebat fiducia3
poſt negationē. Qui eni in cena nō audebat interrogare:
ſed ioāni iterrogationē cōmiſit huic ⁊ p̄poſitura fratrum
credita ē: ⁊ nō ſolū nō cōmittit alteri iterrogare q ad ipſū
ptinēt: ſ3 de reliquo ipſe pro alijs maḡr3 iterrogat. Quia
igiť magna ei p̄dixerat dñs ⁊ orbē terraꝝ ꝯmiſerat: ⁊ mar
tyriū p̄nūciauerat: ⁊ amorē ꝓteſtat⁹ ē ā'pliorē: volēs ⁊ ioā
nē cōmunicatorē accipe dixit: Hic aūt qd: q̄ſi diceret: Nō
ne eadē nobiſcū veniet via. Ualde eni ioānem amabat pe
trus: ⁊ p euāgeliū oñdiť eoꝝ colligatio: ⁊ i actib⁹ aplorū.
Sic igiť nūc vicē reddit petr⁹ ioāni. Eſtimās aūt eū velle
iterrogare: de ſeipſo: nō audere: ipſe pro eo ſuſcipit iterro
gationē. Quia v̄o debebāt orbis terraꝝ ꝓcurationē ac
cipe: nec oportebat eos de reliquo ſibi iuicē eē ꝯiūctos:
qd eēt dānū orbi terrarū, ꝓpterea dñs dicit ſm̄ l'ra3 grecā
Sic eū volo manere donec veniā: qd ad te: tu me ſequere.
q. d. Op⁹ tibi cōmiſſum attēde ⁊ p̄fice: hūc v̄o ſi voluero
manere hīc qd ad te: THE. Quod vero dī eū venero.
quidā ſic itellexerūt: ac ſi diceret: Quouſq3 cōtra iudeos
q me crucifixerūt: veniā percutiēs illos baculo romano
rū. Aiūt eni hūc aplm̄ vſq3 ad veſpaſiani tp̄a cū hieruſa
lē capiēda erat i locis illis cōuerſatū. Uel dicit: Dū vene
ro. i. dū hūc volēs dirigā ad p̄dicādū: te nāq3 nūc dirigo
ad orbis pōtificatū: ⁊ i hoc ſeq̄re me. ipſe v̄o maneť: hic
donec ⁊ eū educā ſicut te. CHRY. Deinde euangeliſta
diſcipuloꝝ opinionē ponit ⁊ corrigit: vt ſupra dictū ē.

Hic ē diſcipulus ille q teſtimoniū p̄hibet de
his: ⁊ ſcripſit hec. Et ſcim⁹ q3 verū ē teſtimonium
ei⁹. Sūt aūt ⁊ alia multa q fecit ieſus: q ſi ſcribātur
per ſingula: nec ipſū arbitror mūdum cape poſſe
eos qui ſcribēdi ſunt libros.

CHRY. Quia ex multa certitudine ſcripſit ioānes: nō
refutat ſuſpſi⁹ teſtimoniū i mediū ferre. vnde dicit. Hic ē
diſcipulus ille q teſtimoniū perhibet de his. Cōſuetudo
eni ē eū valde vera dicam⁹ nr̄3 teſtimoniū nō denegare: ⁊
multo magis ille qui ſp̄ūſcō ſcribebat. vñ ⁊ alij apl'i dice
bāt: Nos ſum⁹ teſtes horū. Seq̄tur: Et ſcribebat hec: qd
ipſe ſolus dicit q3 poſterior ad ſcribēdū venit xpo monē
te. vñ ⁊ frequēter oñdit xpi ad ſe amorē: occulte inſinuās
cauſam ex qua ad ſcribēdū proceſſit: ⁊ fidedignū faciens
hūc ſermonē ex ſua dignitate. Seq̄tur: Et ſcim⁹ q3 verū ē
teſtimoniū e⁹. Omnib⁹ eni aderat: ⁊ neq3 cū crucifigereť
defuit: ⁊ mater ei cōmiſſa ē: que ſunt ſigna amoris: ⁊ q̄ cū
certitudine ſciat omnia. Etſi aliqui non credant: inducan
tur ad credendu3 ex hoc quod ſubditur: Sunt aūt ⁊ alia
multa q fecit ieſus. Uñ manifeſtum ē q̄ nequaq̄ ſcripſi vt
xpo gratiā p̄ſtarē: cū tot exiſtētib⁹ nō tot ſcripſerim quot
ceteri: ſed horū plura reliqui contumelias ⁊ cōuitia i me
diū ꝓponēs. Cū aūt q̄ad gloria3 alterius ſcribit: oporteť
ecōtrario, ea que ſūt exprobabiliora tacere: q vero ſūt cla
ra proponere. AV. Quod aūt ſubdit: Que ſi ſcri. p ſin.
nec ipſū arbi. mū. cape. poſ. eos q ſcribē. ſūt libros. Nō
ſpacio locorū credēdū ē mundū capere nō poſſe: ſ3 capa
citate legentiū cōprehēdi nō poſſe: quis ſalua rerum fide
plerūq3 verba excedere videantur fidē: qd nō fit qn̄ aliq̄d
qd erat obſcurū vel dubiū exponiť: ſed quando id quod
apertū eſt vel augetur vel extenuatur: nec tñ a tramite ſi
gnificāde veritatis erratur: qm̄ ſic verba rē q indicať ex
cedūt: vt volūtas loquētis nec fallentis appareat. hūc lo
quēdi modum greco nomine hyperbolē vocant: q mod⁹
ſicut i hoc loco ita in nōnullis alijs diuinis litteris inueni
tur. CHRY. Uel hoc referēdū ē ad ei⁹ potentiā q facie
bat virtutē. ſicut enim nobis facile ē loqui: ita ⁊ illi ⁊ mul
to facilius facere que volebat: quia ipſe eſt ſuper oīa deus
benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

fol. 316.

Dominica tertia in aduentu
Miſerunt iudei ab hieroſoly. .i.
In natiuitate domini noſtri ieſu chriſti
In principio erat verbum: ꝛ verbmm erat .i.
In feſto ſancti ioannis euangeliſte
Dixit ieſus petro: ſequere. vltio.
In octaua epiphanie
Nuptie facte ſunt in chana galilee ij.
Feria ſexta poſt dominicam primam i quadrageſima
Erat dies feſtus iudeorum v.
Feria ſecūda poſt dñicam ſecūdā in qubdrageſima
Dixit ieſus turbis iudeorum: ego. viij.
Feria ſexta poſt dominicam tertiam in quadrageſima
Uenit ieſus in ciuitatem ſamarie iiij.
Sabbato poſt eandem
Perrexit ieſus in montem oliueti viij.
Dominica quarta in quadrageſima
Abijt ieſus trans mare vi.
Feria ſecunda poſt eandem
Erat paſca iudeorum ij.
Feria tertia poſt eandem
Iam die feſto mediante vi.
Feria quarta poſt eandem
Preteriens ieſus vidit hominem cecum a nati. ix.
Feria ſexta poſt eandem
Erat quidam lannguens xi.
Sabbato poſt eandem
Dicebat ieſus turbis iudeorum viij.
Dominica in paſſione
Dicebat ieſus turbis quis ex vobis viij.
Feria ſecunda. Miſerunt principes ꝛ phariſei vij.
Feria tertia. Ambulabat ieſus in galilcam. vij.
Feria quarta. Facta ſunt encenia hiero. x.
Feria ſexta. Collegerunt ergo conſilium xi.
Sabbato. Cogitauerunt aūt principes xij.
Feria ſecunda poſt dominicam in ramis
Ante ſex dies paſce xij.
Feria quinta in cena domini
Ante diem feſtum paſce xiij.
Feria ſexta in paraſceue
Egreſſus ieſus cum diſcipulis xviij.
Feria quarta poſt dominicam reſurrectionis
Manifeſtauit ſe ieſus xx.
Feria quinta poſt eandem. Maria ſtabat xx.
Sabbato poſt eandem
Una ſabbati maria magdalene xx.
Dominica prima poſt paſce. Cum ſero eſſet xx.
Dominica ſecunda. Ego ſum paſtor bonus x.
Dominica tertia. Modicum ꝛ iam non xvi.
Dominica quarta.
Uado ad eum qui miſit me xvi.
Dominica quinta
Amen amen dico vobis: ſiquis petieritis xvi.
Dominica poſt aſcenſionem
Cum venerit paraclytus xvi.
In pentheco. Siquis diligit me xiiij.
Dominica vigeſima poſt penthecο.
Erat quidam regulus iiij.
In feſto ſancti thome appoſtoli
Thomas vnus de duodecim xx.
In feſto apoſtolorum philippi ꝛ iacobi
Non turbetur cor veſtrum xiiij.
In inuentione ſancte crucis. Erat hō ex phariſeis iij.
In feſto ſancti laurentij marty.
Niſi granum frumenti xij.
In exaltatione ſancte crucis. Nunc iudicium eſt xij.
In vigilia ſancti andree
Stabat ioannes ꝛ ex diſcipulis eius duo .i.
Thome martyris. Ego ſum paſtor bonus x.
In vigilia apoſtolorūm petri ꝛ pauli
Dixit ieſus ſimoni petro xxi.
In vigilia vnius apoſtoli. Hoc eſt preceptū meū. xv.
Ego ſum vitis vera xv.
Hec mando vobis xv.
In natali vnius marty. Niſi granum frumenti xij.
A paſca vſq; ad penthecoſtes
Ego ſum vitis ꝛ vos palmites xv.
De ſpiritusancto. Siquis diligit me xiiij.
De trinitate. Cum venerit paraclytus xv.
Ad miſſam beate virginis. Stabat iuxta crucem xix.
In agenda mortuorum. Dixit martha ad ieſum xi.
Omne quod dat mihi pater vi.
Amen amen dico vobis: quia venit hora v.
Ego ſum panis viuus vi.
In vigilia aſcenſiōis. Subleuatis oculis in celū. xvij.
In vigilia penthecο.
Si diligitis me mandata mea ſer. xiiij.
Feria ſecunda. Sic deus dilexit mundū iij.
Feria tertia. Amē amen dico vo. qui non intrat x.
Feria quarta. Nemo poteſt venire ad me vi.
In die corporis chriſti. Caro mea vere eſt cib⁹ vi.

Finit tabula.

Beati Thome Aquinatis Continuū in quattuor euangeliſtas finit feliciter: magna cura diligentiaq; emendatū atq; correctum: impreſſum Uenetijs impenſa ingenioq; Andree de aſula ꝛ Thome de alexandria ſociorū Anno dñici natalis. M. CCCCLXXXVI. xv. kl's Maij.

Regiſtrum.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. p. q. r. v. x. y. z. ꝛ. ꝯ. quaderni. o. quinterno. ſ. t. terni. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. quaderni. N. O. qnterni.